1537. Rta



98

# Consiliariis maioribus Regni.

Sigismundus Rex etc.

Rnde in Chro Pater sincere nobis dilecte. Memoria tenet procul dubio vra P. qui fuerit exitus Commitiorum anno praeterito Crac: habitorum, et quemadmodum ceciderit nobis gualis ista bellica expeditio, quam solam de communi snia Consiliariorum nstrorum decernere fuimus coacti, cum alia nulla rão inveniri posset, quam hostium ditionibq nris imminentium vim atq impetum ppulsare, et de Valachi perfidia poenas nobis summere liceret. Quodsi et horum, quae sunt iam per nos edicta Commitiorum, eventus non esset melior futurus, quod Deus omen obruat, neq S tua non intelligit, et nos coiectura quadam pspicimus magnum esse Reipublicae naufragium pertimescend, ex quo non facile emergere liceat. Quam ob rem hortamur S tuam quantum nos, quantum Republicam Regni nri quantum etiam ipsius salutem amat, quae a publica se iuncta esse n pot, tantum det opam, atq oes ingenii, sapientiae virtutisq suae nervos in eo cotendat, mitiora quietioraq, ut possint cosilia, in his quae pxime instant commitiis. Nos aequas oes et honestas raones libenter amplecte neque ullius rei q publicae utilitatis tranquillitatisque cura nobis futura est antiquior. Qua in re tua S. adinterim nobis fore speramus et optamus. Neq ipa solum allatura oia quae ad quietem tranquillitatemque Reipublicae putaverit ptinere; Verum et eos oes quoscunq aliqua sibi hu(erit) familiaritate implicatos ad idem

consilium

consilium capessendũ cohortaturã. Sic et boni fideles Dominiq; sui et Reipublicae amantis Senatoris et Consiliarii Officio pclare functa erit, et eum a nobis qui tantae virtuti debebuntur fructus uberes cõsequetur, et ab eo, qui praeter pacem, concordiam, karitatemq; mutuam nihil aliud nobis moriturus t[e]stõ reliquit pmia feret, ut multo amplissima sic sempiterno tpõe duratura. Bene valeat S. tua.

Cracoviae 1537.